

WERNER
ROSENADLER, JOHAN
BERONIUS, MAGNUS OLAI

**Dissertatio gradualis de proverbiis, quam ...
præside, ... Johanne Upmarck, ... Ad
publicum examen modeste defert Magnus Ol.
Beronius, Upl. In auditorio Gustaviano maj.
d. XXX. Maji, anni MDCCXVI. hor**

Upsaliæ, typis Joh. Henr. Werner, s:æ r:æ m:tis & Ups. acad. typogr.
1716

EOD – Millions of books just a mouse click away! In more than 10 European countries!



Thank you for choosing EOD!

European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook.

Enjoy your EOD eBook!

- Get the look and feel of the original book!
- Use your standard software to read the eBook on-screen, zoom in to the image or just simply navigate through the book
- *Search & Find:* Use the full-text search of individual terms*
- *Copy & Paste Text and Images:* Copy images and parts of the text to other applications (e.g. word processor)*

* Not available in every eBook.

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions provided by the library owning the book.

- Terms and Conditions: <http://books2ebooks.eu/odm/html/nls/en/agb.html>

More eBooks

Already more than 30 libraries in over 12 European countries offer this service.

Search books available for this service: <http://search.books2ebooks.eu>

More information is available at <http://books2ebooks.eu>

L. I. I. L. S.
DISSERTATIO GRADUALIS

ROSENADLER DE

Folia
Lindser
C81
1700-
1829

PROVERBIIIS,

Quam,

*Ex consensu Amplissimi Ordinis Phi-
losoph: in Regia Academia Upsaliensi,*

PRÆSIDE,

Viro Amplissimo atq; Celeberrimo,

DN. JOHANN E

WERNER/

Eloq. & Polit. Prof. Reg. & Skytt.

Ad publicum examen modeste defert

MAGNUS OL. BERONIUS,

Upl.

*In Auditorio Gustaviano Maj. d. xxx. Maji,
Anni MDCCXVI.*

horis ante meridiem solitis.



UPSALIÆ,

Typis JOH. HENR. WERNER
S:Æ R:Æ M:TIS & Upl. Acad. Typog

Habet unaquæque lingua, ut alias videres, ita Adagia sibi peculiaria. Sunt hæc breves, arguta, vulgiquæ usu receptæ loquendi formulæ, quæ genium & acumen gentis, penes quam celebrantur, facile produnt. Sunt veritates, quæ post tot rerum temporumq; inclinationes, quibus nec pyramides ac æternitatis æmula monumenta obstitere, ætatem adhuc ferunt, & non, ut senium, ita mortem subitura videntur. Animus erat, pro ingenii modulo, ex eorum more, qui in hoc stadio decurrunt, nonnulla de hisce speciminis loco differere: sed jussit præsens rerum temporisq; habitus hoc qualecumq; ingenii tentamen deproperare potius quam elaborare. Inde non mireris, Humanissime Lector, non modo limatius, sed immò commodius uberiusve nobile hocce argumentum tractari potuisse. Multas observationes, circa Adagia cum aliarum linguarum, tum vernacula præcipuè nostræ: multa de proverbialium invenendi, imitandi, usurpandi methodo: aliæque non pauca quæ huc spectant, inviti prætermisimus. Suffecerit jam, quid de natura Proverbiorum sentiamus, leviter indigitasse. Quæ ut de meliori nota Tibi commendata esse patiaris, est quod enixè contendimus. Vale.



A. Ω.

CAPUT PRIMUM.

Ὄνοματολογικόν.

§ I.



Proverbium quod ipsum verbum ex se fit, & præterea, pro alio verbo, id est, sensu ponatur : &

Adagium ab adigendo, quod à propria significatione ad aliud indicandum agatur, Salmeron & Jul. Scaliger interpretantur.

*Tom. 7. p. 6.
Poët. lib. 3.
c. 84.*

Quam etymologiam hic ceu maximè congruam definitioni suæ, ut videbimus, aliis præfert; atqve inde græcum etiam *παροιμίας* vocabulum dici contendit. b *οἶμος* vel *οἶμη*, quod, exponente Hesychio, inter alia *λόγον* designat, ut sit *παροιμία*

A

quasi

quasi *παρὰ ὄϊμον*, *præter verbum*, aliud habens verbum seu sententiam, eodem modo quo *proverbium*. *Παροιμίαν* tamen alii derivant ἀπὸ τῆς ὁμιλίας id est, ὁδοῦ,

ad Salom. via, ut sit secundum Basilium: *προverbs.*

ῥῆμα παρόδιον τετραμμένον; & secundum Suidam: *παροδικὸν διήγημα*; fortè, non tam quod viatores istiusmodi scitis ac festivi dictis, ad tædium temporis ac itineris laborem allevandum uti consueverint, quod

Præf. operis

παροιμ.

persuadere conatur Mich. Apostolius, quam potius quod sit ὡςπερ τρίμμα ἢ παροδικὸν per ora hominum passim obambulans. Pertinet enim hoc proximè ad essentiam *παροιμίας*, ut sit *θρυλλημένη*. Quocirca Latinorum *Adagium*, sunt, qui dictū putant quasi *Ambagium*, i. e. circumagiū, quod in ore hominū circumferatur. Cujus tamen etymologiæ rationem haut commode, quicumque fuerint,

ar-

arcessere videntur ex Varrone,
quem ipsius verba circa hanc
vocem plane aliud intendisse
ostendunt. Nempe, ita potius
dici, quia non in una & simpli-
ci manet significatione, sed
plures coinvolvit atque com-
plectitur. Ita enim habent ver-
ba summi Grammatici: *Ada-
gio & litera commutatâ ab agio, di-
cta ab eo, quod ambit orationem,
neque in una aliqua re consistit so-
la.* Aut, si adagium ab *adigen-*
do quidem dictum concedamus:
non tamen Salmeronis atque
Scaligeri explicatione omnino
sequimur, quasi aliquod ἀλληγο-
ρικόν necessario includat, cum
sufficiat illud in plurimis, non
omnibus adagiis contingere.
Proverbium autem dici potest,
quasi dictum, quod *pro verbo*,
nempe communi ac vulgi ore
trito usurpatur; quemadmo-
dum vernaculum nobis *Ordo*

Varro l. 6.
de ling. lat.

sprâel/ item Ordqwâde explicari
potest dictum vulgare, & ab om-
nibus decantatum.

§ II. Ebræis proverbium
dicitur לָשׁוֹן, à radice לָשׁוֹן, quod
non *dominari* tantum, sed & i-
dem quod *comparare*, *assimilare*
denotat; ut vi vocis fit *compa-
ratio*, vel *assimilatio*. Ex eodem
fundamento Syriacè מְחַלָּה &

Arabibus مِثْلٌ vocatur;

Cujus appellationis ratio esse
potest, quod multa proverbia
aliquid comparationis & simi-
litudinis contineant. Vocabuli
autem לָשׁוֹן latissima est signi-
ficatio, quæ suo complexu non
γνώμας tantum, simpliciter ali-
quid enuntiantes involvit: sed
& locutiones quaslibet figura-
tas, & aliquid ultra id, quod
verba primitus sonant, indican-
tes: puta, parabolas, adagia,
apolo-

apologos, ænigmata, vel certè
 ἀινυμάλωδη multa. Inde Cle-
 mens Alexandrinus, cum de-
 prehenderet Ebrææ vobis am-
 plitudinem unica græca se non
 satis exprimere, vertit: *Prophe-*
tiam, atqve ipsam quoqve par-
 œmiam ejus speciem facit; idq;
 ut dicit, κατὰ τὴν βάρβαρον φιλο-
 σοφίαν, Ebræi enim, & ceteræ
 gentes græcis, ut postmodum
 ipsimet Græci Romanis Barba-
 ri audiebant. Atque hac et-
 jam de causa nomine מלישם
 insigniuntur Proverbia Salo-
 monis: quæ tamen, maxima
 ex parte, simplices tantum &
 omni figura nudæ sunt gnomæ.
 Nec aliud rationis subesse reor,
 quod similitudines Salvatoris à
 reliquis Evangelistis parabola-
 rum nomine dictas, solus Jo-
 hannes παραμύλας appellat, nisi
 quod occasionem ei dederit
 Ebr. מלישם. Conferantur loca Ev-

Stromat. 6.

angelistæ, c: x. v: 6. xvi. v: 25.
 & 29. Sed & vocem παραβολῆς pro παροιμίᾳ, circa adagium
 illud: *Medice cura te ipsum*, a-
 pud Lucam, c: iv. v: 23, usur-
 pari videas: certè per Ebra-
 ismum, cum apud alios scri-
 ptores Græcos adagium παρα-
 βολήν vocari observatum non
 sit, ut testatur Vorstius.

de Adag:
 Novu Test:
 c: 4.

§ III. Circa acceptiones vo-
 cum Proverbii, Adagii, & παροι-
 μίας obiter notandum, ita ali-
 quando dici, non modo dicta
 quævis faceta (sive γνωμικὰ sint,
 sive minus) aliquo orationis
 involucro tecta, & communi
 omnium ore frequentata: sed
 & celebres γνώμας omni ser-
 monis integumento destitutas;
 cujusmodi: *Summum jus, summa
 injuria; Similis gaudet simili;
 Quot homines, tot sententiæ; Con-
 scientia mille testes. &c.*

§ IV. Appellari autem Pro-
 verbium aliàs solet *Adagium*: i-
 tem

tem *adagio*. De qua tamen
 voce ita habet ex Varrone : *A-*
*pu*d Valerium Soranum *vetus ada-*
gio est, o P. Scipio. Quod verbum
usque eò evanuit, ut græcum παρ-
οιμία pro eo positum magis sit a-
pertum. Retinemus igitur &
nos, inscriptionis loco, vocem
proverbii, ut qua ipse Tullius
etiam magis delectatus videtur;
quamquam postea Adagionem
 revocare sunt conati Ausonius
 atque Donatus. Non rarò pro
 adagii voce apud scriptores
 simpliciter *dictum & verbum ad-*
 hibetur; adjecto subinde epi-
 theto *vetus*, ut apud Teren-
 tium : *Vetus quidem hoc verbum:*
Amicorum inter se communia esse
omnia. Quomodo παροιμία græ-
cis itidem dicitur : παλαιός λό-
γος. In Convivio Platonis ait A-
 gathon : *ὁ παλαιός λόγος ἔχει,*
ὅτι ὁμοιον ὁμοίω αἰεὶ πελάζει.

Præf. Me-
no syllabor.
in fine ver-
sus colloca-
torum. Ad
Eunuchi
Act. III. sc. 1.

Adelph. Act.
v. Sc. III.
v. 18.

CAPUT SECUNDUM.

Definitionem ejusque precipuas partes, inque his origines Adagiorum considerat.

DEfinitiones Parœmiæ varii varias prodiderunt tam ex Latinis quam Græcis. Sed quarum tamen omnes non modo non exhauriunt vim ac indolem proverbii, sed & aliquæ sunt prorsus ridiculæ. Puto illas Donati ac Diomedis, quorum ille parœmiam per *accommodatum rebus temporibusque proverbium* : hic per *usurpationem proverbii* definit. Quasi ἄνθρωπον definiturus, diceres : ἄνθρωπος est ratione utens homo : aut ἵππον diceres non equum, sed usurpationem equi, ut argutè eas nugas in sua Idea perstringit Scaliger. De cetero, cum Latini Parœmiam dicunt esse *accommodatum rebus temporibusque proverbium* : & Græci

λόγον

λόγον ὠφέλιμον μετ' ἐπιχρύσεως
μετρίας ἐκδεδόμενον, πολὺ μὲν τὸ
αὐτὸθεν χρήσιμον περιέχοντα, πολ-
λὴν δὲ ἢ ἐν τῷ βάθει τὴν διάνοιαν
συγκαλύπτουσα, (quæ est Sacra
Paræmiæ definitio apud Basi-
lium) aut λόγον ἐπικαλύπτοντα
τὸ σαφὲς ἀσαφεία, (cujusmodi
definitionum farraginem ali-
quam exhibet Apostolius By-
zantius in prolegomenis ad pa-
ræmiarum opus) hanc ferè
cantionem omnes canere vi-
dentur, ut aliæ sententiale: aliæ
tectorium quidpiam: aliæ
utrumque simul junctum in o-
mni paræmia expectent.

§ II. Nos vero has affectio-
nes consideramus instar acci-
dentium separabilium, quæ sal-
vâ nihilominus paræmiâ ab-
esse possunt. Ita, ut queat esse
paræmia, quæ tropum quidem,
nec tamen γνώμην: aut rursus
γνωμικὸν quidem, nec tamen
tropum contineat: aut quæ u-
trumq;

trumque simul complectatur. Res erit exemplo clarior. Circumferuntur phrascs proverbiales: *Nodus Gordius; Tolpacacior; Ollas lippis; Cucurbitas lippis; Leberide nudior; Tithoni Senecta; Crotone salubrior*, & sexcenta hujus generis alia, in quibus nihil sententiæ video. *Sententia*, definiente Aphthonio, est *ratio brevi complexu aliquid quod ad hortandum dehortandumve pertinet, explicans*: sed quid hortaminis in hisce, aut quid dehortantur? Sin adagium ex: gr: *Tithoni Senecta*, erit sententia, ideo, quia est adagium: ergo dabitur sententia, quæ non sit sententia; id est, quæ neque exhortando, neque dehortando conferat ad vitæ rationem, aut quæ non, secundum auctoris Herenniani definitionem, doceat, *quid sit, aut quid esse oporteat in vita*. Neque facile dixeris:

xeris: *Nodus Gordius*, verbi gr: est sententia, quia significat ardua ac difficilia, quæ aggredi & expedire utiqve est virtus: sententiæ verò de virtutibus pronunciantur. Hoc enim jure, quidquid unquam locutionum ac phrasium sub titulis, qui ad vitæ rationem spectarent, posset ex scriptoribus colligi, foret sententia. *Sycophanta* est convitium proverbiale in calumniatorem. Sed quis diceret esse sententiam? Num quia non calumniari pertinet ad vitæ rationem? Quo sane argumento, omnia synonyma *Sycophantæ*, si ita velles, vocabula ista: *Calumniator*, *Delator*, *Obtrektor*, *Cavillator*, absurde itidem faceres sententias.

§ III. Attamen, ut magnam parœmiarum partem sententiâ liberamus, ita minimè accedimus Ludovico isti Carboni
(cujus

Inst. Orat.
lib. 4. c. 11.

(cujus definitionem etiam ideo
in subidam arguit Voffius, quod
in parœmia Ironiam desideret)
& Scaligero, qui proverbium
ab omni sententiæ ratione ex-
cludunt; prorsus contra vete-
rum exempla, qui celebres
γνώμας, etiam omni allegoria
nudas proverbiorum nomine
comprehenderunt. Ita Aga-
thon in convivio Platonis: ὁ
γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὅτι ὁμο-
ιον ὁμοίω ἀεὶ πελάζει. Ita Plautus:
*Nunc ego verum illud verbum ex-
perior vetus, Aliquid mali esse
propter vicinum malum.* Ita Te-
rentius: *Nam vetus quidem hoc
verbum, Amicorum communia esse
omnia.* Ita ipse Cicero, in offi-
ciis: *ut in græcorum proverbio
est: Amicorum esse omnia commu-
nia.* item in eodem libro: *sum-
mum jus, summa injuria.* Deni-
que in Dialogo de amicitia: *Sci-
tum est illud proverbium Cato-
nis:*

*in Merca-
torc.*

Adelph.

offic. lib. 1.

nts : Multo melius de quibusdam
acerbos inimicos mereri, quam
eos amicos qui dulces videntur.

Jam quando tam arctis con-
cludit limitibus parcemiam.

Scaliger, ut eam orationem sal-
tim allegoricam faciat, tum ex
hisce jam allatis, tum ex Fabio
præcipuè refellitur, qui parcem-
iam ab ἀνω distincturus ait:

Cui (ἀνω) confine est παροιμία
genus illud, quod est velut fabella Instit. Orat
lib. 5. c. 11.
brevior, & per allegoriam accipi-
tur. Non obscure utiqve in-
nuens, aliud esse παροιμίας ge-
nus, quod caret allegoria.

§ IV. Dari quoque prover-
bia quæ sententiam cum alle-
goria jungant, obvia passim
apud adagiographos exempla
ostendunt. Talia sunt: *Canis
festinans cæcos parit catulos; Ma-
nu serendum non thylaco; Intra
tuam pelliculam te contine; In tu-
um ipsius sinum inspue; Ne puero
gladium*

gladium. Quorum non modo copiam ceteris majorem, sed & optimi generis asserere non dubitamus : cum simul & tro-po delectent, & sententiæ utilitate profint.

*Pref. ad
Chiliad.*

§ V. Verum, cum *multo sit aliud*, monente Erasmo, *paræmiam commendare, aut quænam sit optima demonstrare : & aliud, quid ea sit, in genere definire*, non jam cunctamur veram ipsius definitionem sistere; & quidem Erasmianam illam, quia succincta est, & qua forte meliorem non habemus, amplectimur: ut sit *Proverbium celebre dictum, scita quæpiam novitate insigne.* Ubi statim duo quædam quasi præcipua ad ejus rationem pertinentia observare licebit: τὸ θρυλλέμενον, scilicet, ut sit *celebre*, ac in frequentem omnium sermonem abierit: & καινότης, quæ dignitatem ipsi effi-

25
efficit. Atque id est quod
scitum appellat Chiliastes, si
nempe antiquitate pariter ac
eruditione sit commendabile
proverbium. Sanè *vetustatis*
maxima est commendatio, si-
quidem *non aliter quam vina ab*
etate pretium accipiunt adagia:
Et efficacius movent ea, quæ
tot seculorum populorumque
consensu approbata vulgoque
jactata sunt. Tantummodo,
cum adagia respectu ætatis sint
duplicia: antiqua & nova, no-
tandum, posse quidem vere-
rum illa semper ferè ab anti-
quitate commendari, sed non
itidem nova. *Habentur enim*
recentioris ævi proverbialia, testa-
tur Paschius, *que nihil vetus su-*
piunt. Quo etiam intellectu ca-
pienda sunt verba Synesii in
Calvitii encomio, dum ex Ari-
stotelis judicio *Paræmiam* dicit
esse dictum, habens dignitatem ve-
teris

Erasm. in
Pref. Col-
lect. adag.

de variis
modis tra-
ctandi mo-
ralia c. 4.
p. 13.

ro
teris Philosophiæ, unde nata est.
Erudita censetur parœmia,
quam apta & concinna novitas
exornat.

§ VI. Verum de *celebritate*
prius, cujus tanta profectò est
necessitas, ut sine illa, nullo
quidquam jure dici possit pro-
verbium. Atque hoc præcipuè
nomine plerique Adagiogra-
phorum peccavere, quod multa
non proverbia, breves utpote
sententias aut dicta quævis
alia faceta, promiscuè in nu-
merum proverbiorum arripu-
ere. Fatendum equidem plu-
ra latitare apud poëtas, co-
micos præsertim atque satyri-
cos, quæ vel adagia, vel ada-
giorum loco esse possent, ve-
rum, si quidquid horum legi-
tur, statim nobis in proverbium
verteretur, nec à τῷ Θελλε
μένω æstimatio foret instituen-
da, quis modus proverbiorum,
quis

quis finis esset? Hinc ansã quoq;
nactus est Muretus de Chilia-
dum opere severe judicandi:

Qua tamen censura non tam ip-
sum stringit Desideriũ, homi-
nẽ, qui, cum nec legendo exple-
ri, nec scribendo defatigari pos-
set, multa, quid mirũ? in illo scri-
bendi fervore, quæ proverbialia
nõ erant conjecerat, quã potius
editionis Florentinæ Editores,
quos utique decuisset prover-
bia istiusmodi non genuina re-
secare, siquidem operis illius
perpurgandi provinciam susce-
perant. Quod tamen non modò
non fecerunt, sed & ipsi multa e-
jusedẽ farinæ addiderunt, & ta-
men sic quoq; multa, quæ vere
sunt proverbialia, omisere. Id
quod etiam Vossius in Institu-
tionibus suis Oratoriis ostendit.

*Variarum
lect: lib. x. l.*

c. 16.

§ 17.

L. IV. c. II.

Sed quod idem Vossius repre-
hendit Erasmus & Hadrianum
Junium, quod inter proverbialia

B

hujus-

hujusmodi numerarint, qualia hæc sunt : *Græca fides, Punica fides, Aſiatici Mores, Cræſi Divitiæ, Iri paupertas, Cyclopica vita, Tithoni ſeneſta, Crotone ſalubrior, Nive Candidior, Salamandra frigidior*, & id genus alia, dicens nihil eſſe aliud, quam elegantiores quasdam loquendi formas : neutiquam ejus ſententiæ accedere poſſumus. Haſenim proverbiales phraſes verè eſſe proverbialia ipſe Tullius nos dubitare non ſinit, qui locutiones illas : *Scopas diſſolvere, Verris iniquitas*, proverbialia eſſe rotundo ore dicit. Ita enim in Orat: ſcribit : *Non clypeum, ſed, ut in proverbio eſt, ſcopas, ut ita dicam, mihi videntur diſſolvere.* Item in illo quod Orat: l. in Verrem ſcribit : *Iniquitatem Verris in ore vulgi & in communibus proverbiiſ verſatam fuiſſe.* Quid ? quod Græcæ illæ : Ἀβυθὺν ἐπιφύρη-

μα, *Abydena illatio*, Ἀγαθώνιος
 ἄυλησις, *Agathonia Cantio*, Ἀγα-
 θὰ Κιλίκων, *Bona Cilicum*, Ἀβρωνος
 βίος, *Habronis vita*, Ἀγορὰ Κερ-
 κόπων, *forum Cercorum*, Ἀγαμε-
 μνόεια Φρέαλα, *Agamemnonei ru-
 tei*, inter prima eorum sint, quæ Conf. Vorst.
 de Ad. N T.
 c. I. § 2.
 ex Tarrhæo & Didymo, anti-
 quioribus, congeffit Zenobius.

§ VII. Ceterum, cum va-
 riæ sunt occasiones & causæ
 adagiorum, *celebritatis* confide-
 ratio ipsam nobis originem
 eorum exhibet. Tanta est τῶ
 θρυλλεμένε ἀξιολογία, ut hujus
 beneficio, multa, - pene dixe-
 rim omnia, quæ initio adagia
 non fuerunt, in proverbialia ab-
 ierint. Sic illud: τὰ τῶν φίλων
 κοινὰ, cum à Pythagora pri-
 mum produceretur, adagium
 non fuit: postea vulgi usu ex-
 ceptum, ac in triviis jaçtatum
 testatur Cicero: *amicorum omnia Lib. 1. offic.
 esse communia in Græcorum pro-
 verbis esse.*

§ VIII.

§ VIII. Profecta igitur sunt Adagia vel ex Oraculis Numinum, qualia: ἔτε τρίτοι, ἔτε τέταρτοι, neque tertii, neque quarti; ἀκε τὰ τῶ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος, *ausculta eum, cui quatuor sunt aures;* ἄκρον λάβε, ἢ μέσον ἔξεις, *summa cape, & medio potieris;* ἀργυρέαις λόγχαισι μάχε, ἢ πάντα νικήσεις, *argenteis hastis pugna, & omnia vinces;* λιμὸν πεδίον, *Famis campus.* &c. Hæc enim, utpote à Diis edita, ut summæ venerationis habuit antiquitas, ita, vel ob compendium brevitatemque, immò festivitatem ac leporem summa fide servanda posteritati commisit.

§ IX. Vel à Sapientum dictis, ut δύσκολα τὰ καλὰ, *ardua quæ pulcra;* γινώθι σεαυτὸν, *nosce ipsum;* ἐγγύα πάρα δ' ἄτη, *sponde, sed noxa præsto;* τὰ τῶν Φιλῶν κοινὰ &c. Queis tantus honos habitus est à priscis, ut oraculorum instar cele-

celebraverint, & non ab homi-
nibus profecta, sed cœlitus
missa crederentur. *De cœlo*, in-
quit Juvenalis, *descendit γῶδι
σεαυλόν*. Proinde columnis ac
marmoribus, templorum quo-
que foribus, ac statuis mercuri-
alibus, immortalī consecranda
memoriæ incidebantur, ut est
apud Platonem in Charmide; ;
Xenophontem in libello de
Morte; Cæl: Rhodigin. Lib.
xxviii: c. ii. & Sam. Petitem
in Legib. Atticis, p. 1. & 2. Et
fuerunt, certè, concinna istius-
modi ac nervosa dicta nihil a-
liud quam symbola quædam,
universam ferè priscorum phi-
losophiam complexa. Veteres,
enim, certis & argutis gnomis,
copiosam doctrinam includere
solebant. Ideoque nullum do-
ctrinæ genus antiquius credi-
tur paræmiis, quippe quæ si-
mul in vulgus notæ, ac post-
mo-

modum usurpatæ fuerint, sapientia, quæ libris non comprehenditur, & quasi per manus instar supellectilis ad vitam expeditæ traditur, reliquæ sunt contractiores, quas neque quisquam ex ipsa sæce plebis ignorat, & liberi à parentibus, ceu πατροπαράδοτον

*videtur E-
pist. Dedi-
cator. Dan-
Heinsii
præmissam
Apost. Lu
paræmiis.*

σοφίαν habent. Idem est summi Aristotelis iudicium, referente Synesio Cyrenensi Episcopo, in encomio Calvitii, quod ex versione sic dabimus: *Paræmia quiddam sapiens est. Quidni enim? Cum Aristoteles dicat, paræmiæ veteris esse Philosophie, magna humanarum rerum calamitate, deperditæ, reliquias quasdam, partim ob compendium, ac brevitatem, partim ob gratiam quandam, ac dexteritatem, perdurantem. Proverbium enim sermo est dignitatem habens, è philo-
phie, unde antiquitatem traxit,
de-*

depromptum. Adeo ut gravi ac
torvo vultu eam intueatur. Vete-
res enim longe perspicaciores fuere
in veritate cognoscenda, quam qui
nunc sunt. Quod postremum
jam olim Tullio in mentem ^{Tuscul.}
venerat, cum diceret: *Antiqui-* ^{Quaest. 1.}
tas, quo propius aberat ab ortu &
divina progenie, hoc melius, quæ
erant vera, cernebat.

§ X. Jam quod de dictis Ve-
terum Philosophorum differi-
tur, haut minori jure intelli-
gendum veniat de *Veterum Poë-*
tarum carminibus. Certe, si an-
tiquissimum doctorum genus
sunt Poëtæ, sicuti & hoc nomi-
ne, à Platone in *Lyside*, Πατέρες
τῆς σοφίας ἢ ἡγεμόνες; Θεῶν υἱοί,
& Θεῶν Προφῆται appellantur;
in quorum monumentis, ut o-
mnis fermè Philosophiæ semina
latitarunt, ita salutaria exinde
vitæ instituta, haut secus atqve
Christiani ex pandectis sacris,

Isocr. Nic.

vetustior ætas collegit: Si poë-
mata eorum, Homeri præci-
puè, proposita fuerunt, ut lege-
rentur, exciperentur *γνώμαι*
ἀκαλεσμένοι τῶν ποιητῶν, edisce-
rentur à pueris, de quo Æ-
schinem videas in Ctesiphonte,
immo canerentur in conviviis,
atque in festiuitatibus, merca-
tibus, templis, Olympiis, aliis-
que solemnitatibus publicè re-
citantur, quod scribunt Lyc-
urgus in orat: contra Leocra-
tem; Plato in Hipparcho; He-
raclides in allegoriis Homeri-
cis; Athenæus lib. xiv. *δειπνοσ*;
Dion. Chrysoft orat: 27; Plut-
archus in Craffo & Lyfandro &
Nisia; Xenophon in sympos. &
alii: Si carmina multa templis
ædibusque publicis, tamquam
Diis dignæ voces insculpta vi-
sebantur, quemadmodum de
Homeri, & Pindari scriptis te-
statur Zonaras, & proditum
quoque

videfis Pet.
f. Resent
Schediasm.
Edda Islan.
premissum.

Tom' 3. hist.
suar.

quoque novimus à Gorgone *in 7. hymno Olymp.*
 Pindari Scholiaste ; nulloque
 non studio id effectum, ut felici-
 oris vitæ monita ex poëta-
 rum oraculis eruta populo in-
 notescerent : Si denique tanti
 pretii habiti sunt poëtæ, ut ab
 ipsis etiam Diis eorum carmi-
 na usurpata fuerint. Quemad-
 modum Hesiodi versus, qui
 exstat lib. ἔργ. καὶ ἡμέρ :

Ἄνδρὸς δ' εὐόχου γενεὴ μελόπι-
 σθεν ἀμείνων.

Ab Herodoto & Pausania le- *Veri. 283^o*
 gitur inter oraculorum versus, *lib. 6.*
 qui Glaucō Spartano, sed peri- *lib. 8.*
 turo, redditi sunt. *in Arcadiciis.*

Sic Phocylidis versus :

Οὐδὲν ἄνευ καμάτων πέλει ἀνδρά-
 σιν εὐπέλεις ἔργον,

ab Apolline Milesio est usurpa-
 patus: Quid mirum, adeo mul-
 ta hæsisse populo, ut potius, si
 fieri potuisset, quemadmodum

scribit Macrobius de Homero,
Saturnal. lib. 5. c. 16. *singula quoque eorum apophthegmata
 proverborum vice celebrata
 fuissent?*

§ XI. *Scena quoque Tragicorum & Comico-
 rum & Comico-
 rum* non pauca
 dedit Adagia. Et Comici, præ-
 cipue, ut sciant ubique deliciis,
 ita multa subministrant non mo-
 do ex sermone vulgi sumpta,
 sed quæ statim de proscenio in
 vulgi usum cesserunt. Plautus
 hoc nomine præsertim lauda-
 tur, & Terentius non ingenio
 & actione, sed arte & dictione
 Plauto superior, non tam cre-
 bris quidem utitur proverbiiis,
 sed exquisitiõibus.

§ XII. Fluxere nonnulla ex
Fabularum argumentis, ut: ἀπλη-
 ρος πίθος; *Orci galea; Annulus
 Gygis, Tantalii pœnæ; Vulcanium
 vinculum, Cymba Charontis; &c.*
 Ex fabulis Danaidum, Persei,
 Gygis, Tantalii, Vulcani, Cha-
 rontis.

§ XIII.

§ XIII. Natae sunt multa ex *Apologis*, non adeo miramur, cum id genus sapientiae in tanto apud Veteres pretio fuit, ut *Aesopicos Apologos* vulgus etiam *Idiotarum* assiduis manibus versaret: ac proverbialis inde convitii loco in vehementer stupidos ac imperitos iactitatum legitur: *Ἔδεν τὸν Ἄϊσωπον πεπάρτηκας*, ne *Aesopum* quidem *trivisti*.

§ XIV. Manarunt multa ex *Historia*, ut: *Saguntina fames*; *Romanus sedendo vincit*; *veriora iis, quae ad Sagram acciderunt*. &c.

§ XV. *Apophthegmata* non raro proverbiorum rationem acceperunt. Quomodo ex *Biante*: *cepas edere, & olfacere*. item ex victoris ad *Athenienses* responso: *Qui semetipsum non habet, Samum postulat*.

§ XVI. Saepe casus atque eventus aliquis locum fecit *Adagio*.

gio. Quo pertinent jocoia multa atqve ridicula; quippe quibus fabulam aliquam, vel historiam, etiam commentitiam, studio adiunxere Grammatici, ut ipse fatetur Erasmus ad Adag: ἀπ' οὐκ ἀλλοπεσῶν. Talia sunt: *Alia fert Leucon & alia Leuconis Asellus: de Asini umbra: de Asini prospectu; (scil. litigare) Asinus inter apes &c.* Ad hanc classem referri possunt multa tum in aliis lingvis, tum ex triviis Svecanis perridicula, quibus notula illa originis adjecta: *Sade bonden/ sade drängen/ sade ryttaren etc.* fabellam utiqve aliquam, aut lepidam historiam unde orta creduntur, supponit. Talia, (quid enim vetat domesticis exemplis rem probari?) v. gr: sunt: *Wäxer min Råg/ så wäxer min hog/ sade bonden; det war en annan sat/ sade Lagläsaren; det lyster mig*

mig se / sade den blinda; det är
 så långsamt / sade Lättingen; det
 är litet man kan hålla sig väl
 med sade bonden / plögde med
 sporrar. Swijjuhl / i påst få wij
 ägg / sade bonden; Jag känner
 väl kryddan / sade hin om nå-
 slan; Korsöhl och froldant gler
 jag raggen / sade karringen / när
 de dricka / så dricka de om mig /
 och när de dansa / så dansa de
 omkull mig. In hujusmodi non
 paucis etiam illud obserues,
 brevis istius argumenti, quod
 ceu appendicem annexam ha-
 bent, eam intelligi esse necessi-
 tatem, ut citra illud, τὸ γελῶν
 formam statim perdidisse vide-
 antur. Ita si Thrasonem ali-
 quem, verbis gloriosum sed re
 ignavum notare velis ex eo,
 quod certamen vix cum muscis
 æquum sustineret: **Stick intet /**
utan hugg du swånster; adeo
 non mordax foret, nisi addide-
 ris

ris, quod apponi solet: *Sade juten åth getingen.* Pari modo ad illud: *Swad gör icke Tysken för penningar? si adjeceris: sade bonden om Marktattan; quis sine risu audiet?*

§ XVII. *Habentur aliqua ex temere ac fortuito dictis arrepta, ut: ἡ Φροῦσις ἰπποκλείδῃ, Non est cura Hippocliidi.*

§ XVIII. *Multa ortum traxere ex moribus ingeniove gentis, vel hominis alicujus, ut: Cretissare cum Cretensibus; Sybaritæ per plautas; λεσβιάζειν; Pisonibus frugalior; Dosones; μελλονικιάων; Cynice vivere; ἀκκίζειν, &c. Vel ex natura brutorum, ut: vulpinari cum vulpibus; vulpes pilum mutat, non mores; Crocodyli Lacrumæ; cornicari: plantarum, ut: Eis crambe, mors; ede nasturium; &c. Lapidum, ut: lapis lydius, sive Heraclius; lapidem gutta cavat; lapidem omnem movere; adamante notare.*

§ XIX.

32

§ XIX. Deinde ex *re quavis* pretiosa vel artificiosa, mirabili ac vulgo nota. Quot enim, e. g. vel uni Matthesi adagia debentur? Si ex Arithmeti-
cis desideres, habebis: *innumerato habere; numero dicere; per quaternionē; decumani fluctus; anni climacterici; tryting bultas til gogn; try ting bāra märke för odngd; Tryting glōra we i bon- dans hus; etc.* Ex Geometri-
cis sunt: *ex diametro; sesquipedalia verba &c.* Ex Musicis: *διὰ παντῶν, bis per omnia; Aspendius Citharædus, sive intus canere; easdem inflare tibia; canere ad Myrtum; Carica Musa &c.* Ex artibus, ut pictoria: *extremam lineam ducere; manum de tabula; quotidie lineam ducere; navigatoria, ut: vela ventis permittere; vela contrahere; tenere clavum; exhaurire sentinam. &c. fabrili ut: incudi reddere; ad amussim &c.* Ad-
junge

32
junge tot studia, theatrica,
gymnica, in plurimas species
divisa, ut: *scenam suam absolvere;*
extremum actum adjungerè; in
arenam descendere &c. Sed hæc
minutim persequi, molestæ cu-
jusdam videbitur diligentia.
Patet universa undiqve natura,
ex qua innumerabiles adagio-
rum soboles procreantur.

§ XX. *Novitatem*, docente
Desiderio, adfert aliquando *res*
ipsa, ut *κροκοδείλας δάκρυα*, *Cro-*
codili lacrumæ: nonnumquam
figura conciliat. Figuræ novi-
tas, nihil est aliud quam ipsa e-
locutionis ratio, seu dictionis
forma, aut ornamenta, quæ ex
tropis, schematibus, & figura,
cujuscumque generis, arcessita
dignitatem addunt parcemiæ,
atqve hoc efficiunt, ut à natu-
rali & populari loquendi modo
sit distincta. Sic e.g. in isto:
κροκοδείλας δάκρυα, novitas est
ipsa

ipsa metaphora, ab ejus indolis animante ad hominem simulatorem traducta. Innovat enim vulgarem loquendi consuetudinem, secundum quam alioquin diceres: *Hic est pessimus simulator; Hic simulat se angere eius incommodo cui perniciem motitur.* At quanto venustius est illud: *Hujus benevolentia sunt Crocodyli lacrumæ.* Sic in Laconismis istis: *Ne quid nimis; Nosce te ipsum; Suum cuique pulcrum,* quantus lepos, quanta gratia, quanta emphasis! at unde, nisi ex novitate? Simplices sunt, nec aliquid translatis habent, lepida tamen ac concinna brevitate ita placent, ut nesciam, quomodo sint ἐμφρατικώτεροι, quam si populariter diceres: *mediocritati studendum: modestia sectanda: sua omnibus placent:* aut quid simile. Ceterum, patet hic amplissimum



Rhetorum viridarium, in quo
omni troporum Schematumq;
gratia, ceu flosculis, blandiun-
tur adagia. Metaphora, qua
nullus est tropus florentior,
nullus plus gratiæ luminisqve
adfert orationi, heic, si usquam,
dominatur. Allegoriæ, qui &
inter affectiones troporum fa-
miliam ducit, hic tantus est u-
sus, ut non dubitaverit Scali-
ger, ex ea sola definitionem, ut
antea vidimus, parœmiæ ex-
struere. Hyperbole adagiis
est peculiaris; cujus fontes, vel
ab ipsa re, vel à similibus, vel
ab animantibus, vel à personis
Deorum, fabularum, utriusqve
Scenæ, Comicæ Tragicæqve
historiarum, vel à gentibus, vel
ab officiis, tum in prolegomenis
ad Chiliadas, tum præcipue
in Commentariis de duplici
copia, copiosè per exempla
diducit summus Adagiogra-
phus

phus Batavus. Imensum foret
ceteras figuras, unde ornamen-
ta pendent adagiorum, exem-
plis persequi. Puto allusiones,
Laconismos, ænigmata, Locu-
tionis proprietatem, oppositio-
nem, ambiguitatem, vetusta-
tem, novitatem, ridicula, im-
possibilia, absurda, contraria,
inopinata, similia, plura in
dictis, factis, ritibus, studiis ac
institutis, pulveris instar nu-
meroqve carentis arenæ.

CAPUT TERTIUM.

*Affinia parcœmiæ, ejus obje-
ctum, utilitates ac nonnullas
proprietas leviter exponit.*

Verum naturæ Adagiorum
feliciter perspiciendæ lucē
fœnerabitur consideratio non-
nullorum, quæ ipsi sunt affinia:
ut pateat quomodo ab his rite
distingvatur, aut etiam cum iis

conveniat. Quid igitur *Apologū*
 sive *αἶνον* intersit & *paræmiam*,
 efficacius dorebimur, ubi prius,
 quid sit *Apologus*, vidimus. Est
 vero *apologus* *μυθικὸς λόγος* 
ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων ἢ
φυλῶν πρὸς ἀνθρώπων παραίνεσιν,
 ut huic applicemus definitionē
 æni apud Ammonium. Eodem
 enim nobis significatu veniunt
αἶνος atque *ἀπόλογος* . Quam-
 quam non ignoremus ab Ari-
 stophanis interprete *αἶνον* à *μύ-
 θῳ* (quando scil. *μύθος* in am-
 pliori sensu *apologum* designat)
 ita distingvi, ut *ænis non puero-
 rum sed virorum causa conficiat-
 ur, neque solum sit πρὸς ψυχα-
 γωγίαν, sed quandam παραίνεσιν*
*habeat, quodque velit clam mone-
 re ac docere.* Sed hoc descrimen
 recte à Scaligero repudiatum
 ac refutatum iudicat Vossius.
 Nam pro *Apologo αἶνον* usur-
 parunt Hesiodus, Archilochus,
 Calli-

Inst. Orat.

l. 4. c. 11.

Callimachus, & Græcis appel-
 latum λόγον ἀισοπωπόιητον te-
 statur Quintilianus, in hisce *Inst. Orat.*
 ericis, si quis alius, exercita- *l. 5. c. 11.*
 tissimus Magister. Quid au-
 tem Æsopicum nisi apologus?
 Jam, non modo cognationem
 ἀίνε seu Apologi atqve Parcæ-
 miæ, sed & discrimen clarè do-
 cet idem Quintilianus, ubi lo-
 quitur: Cui (nempe ἀίνω) confine
 est παροιμίας genus illud quod est
 veluti fabella brevior. Huc fa- *ibidem.*
 cit omninò distinctio illa Apo- *Trasat. ad*
 stoli: Ἡ δὲ παροιμία ἴην ἀπὸ κε- *paræm.*
 φαλαίε ἐπὶ τὸ χεῖρον διαφορὰν
 ἔχει, ἐνδέεσαν τῶ ἀίνε, (emen-
 dat lectionem Pantinus ἐπὶ *in notis ad*
 ταῖν χειροῖν, item ἐνδέεσα) Pa- *Apost.*
 ræmia id discrimen cum eno ha-
 bet, quod capiti ad manus est: bre-
 vior Ἔνο. Scilicet ἀίνος seu ἀ-
 πόλογος per modum narratio-
 nis proponitur: parcæmia per
 modum brevis sententiæ. Hu-
 jus

38
iusmodi *fabellam brevior*em Horatius, quando dixit: *Parturiant mortes nascetur ridiculus mus*, ex Apologo illo Æsopi fecerat, qui fabulatur montem parturientem immanes gemitus ac horribilos sonitus quasi tonitrua emisisse, adeò ut homines & animalia illum fugerent, horribilem utiqve partum produci timentia. Postea peperisse murem, atqve ita metum ac magnam expectationem solvisse risu. Hujus quoqve generis sunt: *Non videmus mantica quod in tergo est; induitis me Leonis exuvium: Alia dicunt, alia faciunt.* &c.

§ II. Porro, quandam cognationis quasi necessitudinem intercedere parœmiæ cum *Parabola* & *Mytho*, non est dubium, siquidem hæc duo cum Apologo nonnihil habent commune, & multa pariter ex iis ducta
cta

ta sunt adagia. *Parabola* est narratio rei fictæ, quasi gestæ, & eatenus opponitur historiæ, quod hæc completatur descriptionem rei gestæ; cum *Apologo* vero convenit parabola, quod ille sit τῶν ἀδυνάτων, hæc verosimilium. *Mythi* dicuntur fabulæ, quæ argumenta tragicædiarum & comædiarum, omnemque vim poëtices, quæ fit per imitationem, completuntur; adeoque ab apologis, vel hoc quasi præcipuo discrimine diffident, quod apologi de brutis fiant solis, vel cum his homines colloquentes faciant, aptique sint δημυγορίας, ut scribit Aristoteles, sive concionibus quæ ad populum habentur: *Mythi* pro objecto habent ea, quæ possunt fieri; immò naturæ mysteria involvunt, atque in scenis possunt homines docere ac delectare. Sed

lib. II. Rhet.

quæ differentia Apologum, eadem etiam Parabolam & Mythum à parœmia distingvit: Ita, ut possit esse aliqua parœmia, quæ brevior sit parabola, aut brevior Mythus, id est, quodammodo epiphonematica, non narrative, sed potius instar brevis sententiæ proposita.

§ III. Quomodo *sententiæ* & adagia differant, non obscure colligitur ex ipsa definitione. Scilicet requiritur, ut omne adagium sit *θρυλλόμενον*, sed non omnis sententia esse potest ita celebris ut adagium, etsi ipsa insignis ab insigni auctore sit profecta. Poterit igitur esse sententia quæ non sit adagium, & rursus adagium quod non sit sententia, aut quod sit utrumque. Haut secus atque album & homo, quod utrumque cum altero potest conjungi, & utrumque rursus ab altero se-
jungi,

Jungit, ita, ut album immo-
nus maneat album, si vel maxi-
me absit ab homine, & homo
maneat homo, si non sit albus.
Sed hæc ulterius exponendo
vereor ne ταυτολογίας infimule-
mur, siquidem in superioribus
ea etiam exemplis ostensum i-
verimus.

§ IV. *Ænigmata, Apophthegma-
τα Δοιδορήματα, Σκώμματα* eodem
quo sententiæ à proverbiiis di-
scrimine dissident. Est obscu-
ritas ænigmati juxta & parœ-
miæ communis, sed illi, essen-
tialis, huic accidentalis. Potest
enim esse adagium, quod con-
stet oratione plana & perspicua;
cum in ænigmati nihil sit vi-
tiosius perspicuitate. Nasci-
tur utriqve obscuritas ex alle-
goria: sed ænigma est allego-
ria obscurior, quippe cui ad-
æquata causa obscuritatis, do-
cente Aristotele, est τὸ ἀδύνατα

Mari. Delr.
in Praef. ad
Adagia.
V. & N. T.
Praef. Chil.

bona. Quae, seu imponibilem
connexio, quae quidem tam pe-
culiaris est aenigmati, ut etiam
in iis obtineat, ubi nullus est
tropus. Si qua igitur obscuri-
ritas inest adagiis, habet sese
illa respectu aenigmatum in-
star crepusculi, aut diluculi,
modice tenebricosi, ad noctis
intempestae quasi palpabiles te-
nebras. Neque tamen (verba
sunt Desiderii nostri) re-
spuit adagiorum ratio aenigmati-
cam obscuritatem; immò velut
familiarem libenter amplectitur.
Adducit item exempla: Si quis
parum sanè locutum jubeat:
Anticyram navigare; aut *porcum*
cadere; aut *squillam è sepulcris*
evellere. inde Pythagoræ sym-
bola proverbiorum indolem
præ se ferre videntur. Quin
multa adagia pura sunt aeni-
gmata, qualia: *Festina Lente*:
Dimidium plus toto. &c. Et non
pauca

pauca è flexiloquis oraculorum
responsis profecta.

§ V. Habent Adagia pro
objecto omne genus sapientiæ,
cujus velut stricturæ quædam
sunt atq; radii. Non dico
Philosophiam tantum, sed i-
psam quoq; Theologiam: im-
mò Jurisprudentiam atq; Medi-
cinam. Theologica dico non
illa tantum, quæ vatum sacro-
rum monumenta proverbiiis
plena exhibent, quorum de nu-
mero sunt ista: כנמרוד נבור *Gen. 10. 9.*

ציד לפני יהוה: *Ut Nimrod potens
venatione coram Domino.* אבות *Ez. ech. 18.*

יאכלו בסרושני הבנים תקהינר: *Pa-
tres comederunt omphacem &
dentes filiorum obstupuerunt.* Sed

& alia, quæ quidem κατά τὸ ῥη-
τὸν non exstant in scripturis, ad
pietatis tamen exercitium, &
vitam ad Dei voluntatem con-
formandam spectant. Qualia
sunt: Kasta intet små stenar åt

vår

wår Herr: Man måste intet
klifwa up i Gudz rådhammar:
Fruchta Gud är fred och hålsa:
Fruchta Gud gör landet tryggt.
&c. Inde fortè nec suo carebit
fundamento illa, quam non-
nulli adferunt, parœmiarum
distinctio in *δημωδεῖς*, seu pro-
fanas aut vulgares, (quomodo
suas inscripsit Diogenianus,) &
ιεραῖς seu sacras, quarum utrius-
que definitiones dedit Basilius
in principio Proverbiorum Sa-
lomonis. Observatu quoque
dignum, multa ex oraculis sa-
cris non verè proverbialia, pro-
verbiorum tamen vice circum-
ferri. Qualia: ex 1. Cor. 7:9.
Bättre gista sig än brüna. Marci
8. Hwar tager man bröd i öks-
nene? 1 Cor. 10: 11. Den som
står / han se til at han icke faller.
Gal. 6:7. Gud låter intet gåcka
sig. Matth. 16:24. Ingen kan
tiena två Herrar. Ingen be-
lym-

43

kymlrar sig om Josephs stada.
Han är gammal som Methusa-
lem. &c. Quamvis hæc con-
sideratio ad originem prover-
biorum referri quoqve posset.
Multa adagia nihil sunt aliud
quam arguta quædam & con-
cinna legum dictamina, adeoq;
quod jubet Regularum judici-
alium XVI. *pro lege usurpantur:*
Allmänna. ordseder brukas för
Lag/ hvilka äro också Lag/ så-
dana som thesse här efter följa:
Then som går i borgen / han går
i betalning. Hött är med ingo
bött / doch icke på alla rum. Af-
wundz man bör icke wittna.
Förord bryta Lag. Ingen må
wara domare i sin egen sak etc.

Ad Medicinam pertinent uti-
que hujusmodi : Läkarens öga
gör spisen sund : Siuk och sund
hafwa intet en mun : Små sår/
och fattiga fränder skal man in-
tet förachta : Ost är esterrätt etc.

Ve-

Verum in hac disciplina quis locus sit adagiis nemo fortè clarius ostendit, quam Hispanus ille *Juan Sorapan de Rieros*, qui librum medicum scripsit è proverbiiis Hispanicis concinnatum, ubi proverbia Medica examinat & Commentario illustrat. Titulus libri est: *Medicina Espannola conténida en proverbios vulgares enrra lengua Singularis*, ait, *Morhof*, ille proverbiorum usus est, qui nemini alius in mentem venit, quo in artis Medicæ doctrinam illa adhibentur. Est verò elegans liber ac multa habet ad eam rem pulcrè aptata adagia. Quam multa deinde ad historiam, ad dicendi artes, ad Physicam, ad Mathesin, ad Musicen pertinentia, non sine fructu & voluptate observant illi, qui adagiographorum scripta diligentiori manu tractant. Prorsus, ut hæc doctrina sit copix quoddã cornu omnis philologix

Polyhist.

Lit. l. 1. c. 21.

ib. 105.

47
lologiæ Philosophicæ.

§ VI. His bene perspectis non difficile erit iudicatu de *Utilitatibus Proverbiorum*, quæ in omni doctrinæ genere sunt insignes. Theologica divina beneficia celebrant, & ad pietatis studia hortantur: Juridica vim legis habent: Medica valetudinis monita inculcant. Non attinet omnes Philosophiæ partibus pervagando fructus adagiorum ad unguem demonstrare. Tantum, quod faciunt inter amœnitates hortorum, deambulantes, flosculos aliquos ex hujus sapientiæ viridario decerpam, ex quibus de reliquis deliciis pronum fuerit iudicium.

§ VII. Est igitur præcipua Adagiorum utilitas, quod maxima pars ad *vite institutionem* pertineant: usque adeò, ut non desint, qui τὸ γνῶμικὸν in parcemia necessariò requirant, quod

quod superius ex Donato & aliis est ostensum : quamvis hoc perperam , luculento interim argumento ita in plurimis contingere. Sed mirum, tam minutulis dictis tanta vetustæ Philosophiæ arcæa recludi, quæ si non contemseris ob parvitatem , sed penitus introspiciens excusseris , illico sapientiæ aperueris oceanum. Quid brevius hisce ? *πλέον ἡμῶν πάντος : κοινὰ τὰ τῶν Φίλων : γνῶσι σεαυτῶν : σπεῦδε βραδέως*, sed quam fœcunda, quam gravia, quam salutaria hæc tam concisa vocum brevitatis complectitur ! Planè, quemadmodum in culice & araneolo haut minus naturæ miraculum agnoscimus, quam in bove aut elephante, ita in tantillis hisce non minorem sapientiam veneramus, quam quæ vasta voluminum mole à Philosophiæ principibus com-

comprehensa est. Profecto, Roterodamus non dubitavit asserere Hesiodo isto: *πλέον ἡμῶν πάντες* contineri ea, quæ Plato tum in Gorgia, tum in libris politicis tanto argumentorum pondere ac apparatu conatur ostendere.

§ VIII. Non dubium Adagia quæ Historiæ originem debent, *multum lucis fœnerari Historiæ*: sicuti & ab ipsa vicissim mutuantur lucem.

§ IX. Ad *Grammaticen* pertinet quod Adagiorum cognitio ad intelligendos ac interpretandos *scriptores quosque vetustissimos* conducatur, quibus intellecta multum lucis, ignorata multum caliginis adferunt. Inde, si qua res alia, Adagiorum explicatio crucem fixit Grammaticis, qui immane quantum delirarunt, ac ridicula sæpe somniarunt somnia,

D

ubi

ubi origines singulorū atq; oc-
casiones anxie exquirere fate-
gerunt. Quod in opere suo Pro-
verbiorum Herculeo non uno
in loco detexit ille πολλῶν ἀντά-
ξιος ἄλλων Chiliastes Batavus.

§ X. Quantum orationi con-
ferunt ornatus adagia, (quo-
modo *Rhetoricæ* inserviunt)
nemo forte luculentius doce-
bit Erasmo, cujus in hanc rem
verba non pigebit referre:

*Quid æque conducit ad orationem
vel eruditæ jocis exhilarandam,
vel urbanitatis sale condiendam,
vel translationū gemmulis quibus-
dam distingvendam, vel sententia-
rum luminibus illustrandam, vel
allegoariarum & allusionum flosculis
variandam, vel antiquitatis illece-
bris adspersendam, quam hujus-
modi paræmiarum, divitem copio-
samque supellectilem, & tamquam
penum quendam exstructum do-
miquæ repositum habere? unde ad
omnem*

omnem rationem, quum velis de-
 promps, quod aut scita aptaque
 metaphora blandiatur, aut dicaci
 sale mordeat, aut acuta brevitate
 placeat, aut brevi acumine delectet,
 aut vetustate, aut novitate com-
 mendetur, aut varietate alliciat,
 aut allusione faceta titillet agno-
 scentem, aut obscuritate demum
 ipsa lectorem oscitantem experge
 faciat? Jam verò quis nescit præ-
 cipuas orationis tum opes, tum de-
 licias in sententiis, metaphoris,
 paradigmatis, exemplis, similitu-
 dinibus, imaginibus, atq; id genus
 schematis sitas esse, quæ incredibilem
 adferunt ornatum & gratiam &c.
 Haftenus ille. Sed cum in reli-
 quo orationis genere, tum præ-
 cipuè in sermone familiari &
 Amicorum epistolis, prover-
 biorum usus, si sit modicus, e-
 nitet. Quod apud Demetrium
 Phalereum *περὶ ἐρμηνείας*, &
 Nazianzenum in epist. ad Ni-
 cobulum, videas.

§ XI. Nec modo ad cultū, sed & ob antiquitatem atq; τὸ θρυλλόμενον ad robur pondus atqve majestatem orationis quoq; faciunt Adagia (quæ res ad *Orationem* spectat); id quod Duum Virūm Aristotelis & Fabii testimoniis elucescet. Quorum ille parcemias inter argumenta ἀτεχνὰ reponit: hic exemplis connumerat, & Deorum oraculis subnectit. Fabii sunt verba: *Ne hæc quidem vulgo dicta, & recepta persuasione populari, sine usu fuerint testimonia. Sunt enim quodammodo vel potentiora etiam: quod non caussis accommodata, sed liberis odio & gratia mentibus idè tantum dicta factaque, quia aut honestissima aut verissima videbantur. Hoc ipso quod incertum auctorem habent velut omnium fiunt. Neque durassent hæc in æternum, nisi vera omnibus viderentur.*

Lib. 1. Poët.
c. 45.

Inst. orat.
lib. 1. c. 11.

Non

53
§ XI. Non ignorarunt hanc
parœmiarum virtutem vetu-
stissimi quivis scriptorum, tam
ex sacris quam profanis. Quid
enim divinis scriptoribus πα-
ροιμιωδέσ ερον ? Quod sane πιθα-
νον Salvator noster minime fa-
stidivit, quin peculiariter eo
delectatus videtur: & Philoso-
phi suas passim rationes pro-
verbiis fulcierunt. His atqve
aliis parœmiarum commodis
omnis gens, omnis ætas per-
mota suos habuit Adagiogra-
phos. Sed quorum, ex anti-
quissimis præsertim tempori-
bus, plurima ac præcipua col-
lectanea interciderunt. Ex
Græcis summi Aristotelis ac Di-
scipulorum Theophrasti atqve
Clearcbi Solensis, deinde Æ-
schyli, Thæeteti, Mylonis, A-
ristarchi, Demonis, Chrysippi,
Didymi atqve Tarrhæi, Apol-
lonidis quoqve Niceni: *ELa-*

tinis Appuleji Madaurensis antiquissimæ Adagiorum *συναγωγῶν* celebrantur. Eorum, qui ad tempora nostra superarunt, duo illi sunt antiquissimi Zenodotus, sive rectius Zenobius & Diogenianus Heracleota. Uterque vixit temporibus Hadriani Cæsaris, teste Suida. Quorum collectanea è Codice Electoralis Bibliothecæ Palatinæ, & altero. Pet. Pantini, una cum Appendice Vaticana, (quam perperam Plutarcho adscribit Erasmus) & excerptis Suidæ atque Hesychii, omnia elegantissimis notis illustrata vulgavit And. Schottus Antverpianus. Liber est optimus & rarus, ac omnino noscendus elegantioris literaturæ studiosis: Editus Antverp. 1612. in 4. Superest etiam opus *παροιμιῶν* Mich. Apostolii Byzantii, non quidem adeo antiqui illius, quippe

Morhof.
41. 21.

55

quippe qui Bessarionis Cardinalis Niceni, & Patriarchæ Constantinopolitani æqualis, id est, seculo vixit xv; inque globo Doctorum Græcorum fuit, qui, capta à Turcis Constantinopoli, hunc Bessarionem ceu Coryphæum ex oriente in Italiam comitabantur. Edidit P. Pantinus cum suis aliorumque notis in 4:to Lugd. Bat. 1619. E *Latinis*, quos habemus, Herculeum in hoc stadio collocavit laborem Desiderius Erasmus Roterodamus: qui tractare cœpit hoc argumentum anno supra millesimum quingentesimo: ipsumque opus more ursarum lambendo ante obitum decies & amplius auctius semper auctiusque divulgavit. Postea spicas quasi ex Doctoris messe legerunt Gilbert. Cognatus, Melchior Neipius, & Guil. Gentius, Belgæ. Eminuit tamen

men inter ceteros industria
Hadr. Junii, Joh. Alex. Brassi-
cani, & Joh. Ulpii : quorum &
aliorum Collectanea uno fere
volumine cum Erasmi & Junii
proverbiis excudi solent.

Ebræorum antiquissimi Par-
æmiographi sunt Salomo &
Ben Sira, qui sententias qui-
dem potius ad vitam mores-
que formandos utiles, quam
adagia scripserunt. Sed ta-
men & multa in eorum libris
contineri proverbia haut
morosè refragandum. In ve-
teribus Ebræorum gnomis &
Adagiis colligendis insignem
præstiterunt operam Plantavi-
tius, Drusius & Buxtorffius fil.
Scripsit ex codice sacro Ada-
giorum Centurias V. Joach.
Zehnerus : & Adagialia quo-
que sacra Martinus Delrio
Hispanus. De Adagiis N. T.
iis scil. quæ ex verè Ebraicis
reddita

reddita sunt Græce à scripto-
ribus sacris Diatriben concin-
navit valdè eruditam Joh. Vor-
stius.

Proverbiorum *Arabicorum*
Centuriæ duæ cum interpre-
tatione Lat. & Scholiis Jos. Sca-
ligeri & Thomæ Erpenii prod-
iere Lugd. Bat. 1614. in 4to.
Secutæ deinde sunt variæ E-
ditiones, ut in 8vo ex anno
1615. in 4. ex anno 1636. &
1656. Ex eodem anno Adag.
Arab. Centuriæ plures novæ
& à præcedentibus diversæ, in
Gram. Arab. Erpenii à Golio
aucta & edita. Proverbia
quædam Arabica ab Eduardo
Pocockio explicata sunt in no-
tis ad specimen Hist. Arab. p.
341. item in Hist. orientali
Hottingeri p. 315. seqq. Pro-
verbia *Arabica, Persica & Tur-
cica*, Latino & Italico Idiomate
explicata prodire Patavii

1683. in 8. Edidit quoque
 And: Tscherningius Prof. poëf.
 in Acad. Rostochiensis ex Erpen.
 edit. proverbia Arabica in Ger-
 manicam ling. conversa, adje-
 ctis etiam Scholiis. 450 Pro-
 verbia Arabica ἀνέκδοτα, scri-
 pta Parisiis Anno 1697, manu
 elegantissima Salomonis Jaco-
 bi Damasceni, reservantur a-
 pud Avunculum meum Ho-
 noratissimum, Prof. hujus Aca-
 demiaë Celeberrimum, Mag. O-
 lavum Celsium.

Persicorum proverb. & sen-
 tent. Centuria versione notisq;
 à Levino Varnero adornata.
 Lugd. Bat. edita est 1644. Pro-
 verbia quædam *Turcica* ab
 Hieronymo Megifero edita
 sunt una cum Instit. Ling. Tur-
 cicaë Lips. 8. Nec desunt ver-
 naculaë aliarum gentium deli-
 ciaë. Inter Europæos Hispani
 & Itali in his excellunt, apud
 quos

quos quasi in legem abiit non
nisi argute animi sensa prome-
re. Habet igitur Angeli Mono-
finii Flos Italicæ lingvæ libris
ix comprehensus, magnam per
omnes libros Adagiorum *Ita-
licorum* copiam explicatam.
Exstat deinde in hac lingua Jul.
Varini elegans Lib. Adagio-
rum *Scuola del Volgo* dictus: &
Orlandi Pescetti, qui ordine
Alphab. congeffit. *Gallico-
rum* Adagiorum pauciora
exstant Collectanea. Habentur
tamen præter ea quæ col-
legit Gruterus in Florilegio
suo, proverbia Gallica ab J. Æ-
gidio Nuceriensi, & alia ab a-
nonymo quodam edita. Gens
Belgica in hisce colligendis par-
cior fuit, congeffit tamen sin-
gulari libello Sam. Brun. Et
inveniuntur apud Gruterum
alii scriptores. *Hispanica* col-
legit Fernandus Nunnez, &
Juan

Juan Soropan de Rieros, de quo
superius ex alia occasione. An-
glica post Cambdenum ab aliis
non satis cognitis, collecta sunt,
Tandē Jac. Howel παροιμιογρα-
φίαν edidit reliquis omnibus
locupletiozem. Denique An-
onymus I. R. collectionem
ejus lingvæ Adagiorum dedit
satis accuratam. Germanica
collegerunt Sebastian Franck,
Agricola, Christophorus Leh-
mannus, qui collectionem
suam inscripsit Florilegium
Politicum, constans tribus par-
tibus in 12. Tappius deinde
collationem Latinorum Ada-
giorum cum Germanicis sin-
gulari libro instituit. Præter
Alphabetum Bureanum, & al-
iam quandam collectionem
Adagiorum Svet. incerti aucto-
ris, ordine alphabetico disposi-
tam & Holmiæ impressam
A:o 1621, insignem in lingua
nostra

conf. pl. a-
pud Norhof
Polyh. Lit.
l. 1. c. 21.

nostrā *Svecana* laudem hoc nomine comeruit Præses olim Calmar. *Christoph. Grubbius*, cujus exstat liber *Adagiorum Vet. & Nov. Sveo-Gothicorum*, cum inscriptione *PenuProverbiale*, adjectis explicationibus & parallelismis ex Latina præcipuè lingua & Germanica. Sunt ejus operis duæ editiones. Prima Lincopensis ex A: 1656; altera Holmenfis ex A: 1678, quæ auctarium seu Appendicē habet *Proverb. Vet. & Nov. Sveogoth: Laurentii Danielssonii Törningii*, ad exemplum libri Grubbiani adornatā. Sed cum multa nondum hisce observata, qui est genius lingvæ nostræ, æquè arguta atque concinna, per ora loquentium circumvolitent, rem profecto utilissimam pariter & gratissimā patriæ nostræ facturus esset, qui telam ab iis inceptā pertexere vellet.

Non

Non desunt, forte, qui longa & sedula observatione multa huiusmodi gentis nostræ *ἔνδιπλα* collegerint: quorum de numero, quod scio, est Vir Præclarissimus Mag. Nicol. Celsius, Avunculus summo pietatis affectu colendus.

§ XIII. Sed antequam vela contrahimus, haut abs re futurum arbitror, tribus quasi verbis nonnulla de Proprietatibus atque usu proverbiorum indicare. Sciendum enim posse Adagia diversimode variari, seu alia atq; alia forma produci. Quod fit vel transferendo idem adagium ad varios sensus, quomodo illud *τέριμμένος πίθος* *per-tusum dolium*, vel ad helluonem vel ad obliviosum, vel ad futilem, vel ad ingratum traduci queat: vel per Ironiam ad contrarios sensus deflectendo: vel unius vocolæ commutatione, ut

*Videsis E
tas. prof. ad
Chil.*

ut quemadmodum proverbio
dicitur, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, ali-
quis etiam dicat: πενήτων ἄδωρα
δῶρα: κολάκων ἄδωρα δῶρα: &
ποιητῶν ἄδωρα δῶρα. Et infinitis
aliis modis, prout ipsa rei natu-
ra postulat, atqve suus cuiqve
genius ac inveniendi industria
gratam commodamqve ada-
giorum usurpationem sugge-
ret. Quod nemo fortè luculen-
tiore adhuc documento osten-
dit ipso Erasmo in tractatu de
verborum copia atqve rerum.

§ XIV. Possunt quoqve ada-
gia e lingua in linguam trans-
ferri. Quomodo multa sunt
in Latinis Græca, in Græcis a-
liarum gentium, & sic in aliis
lingvis. Sed ritè peregrina à
domesticis dignoscent, & suas
quibusvis natales felicissimè
adsignabunt ii, qui diversa di-
versarum nationum adagia e-
volverunt. Est præterea qui-
dam

genius, quidã lepor lingvæ, quo
 singularum gentium adagia ab
 invicẽ haut obscure discernun-
 tur. Quod ad Svecana, ὡς ἐν
 παρόδῳ notabimus, dari non
 pauca, quæ peculiari quodam
 indicio non modo ab extraneis,
 sed & à recentioribus nostris
 sese distingvunt. Illa dico,
 quorum tres primæ voces eas-
 dem literas initiales habent, &
 præterea ὁμοιοῦλεῦτων, seu ver-
 suum similiter finientium con-
 cinnitate placent. Cujus rei e-
 xempla varia, præcipue ex
 Alphabeto Bureano suppe-
 tunt. Qualia: Agg af allom /
 är ond i mångom fallom. Barn
 bedas bröd / säll är then som har
 i nöd. Bedia biuder bot / det är
 ondt fruchtat för hot. Därar
 drifva dårskap / usel kommer i
 ondt sällskap. Entianår ålendig /
 med henne finnas få beständig.
 En är en / Gud tröste den som

*Videsis
 ras pra
 Chis.*

quas *bliopstafir*, id est, literas sonoras appellabant, singularem quandam soni svavitatem carminibus suis conciliare. Sed a diverticulo in viam. Locuti sumus de Adagiis, quæ ex natali solo ad alias gentes peregrinata, sic quoque civitate alius lingvæ donata sunt. Illa, quæcunque fuerint, appellationem habere debent ex gente sua: ita, ut Ebræa Ebræis, Græca Græcis, Latina Latinis, &, quemadmodum in aliis, ita in hisce, juxta illud naturæ dictamen: *suum cuique sit tribuendum.*

Bras. Præf. Chil.

Porro, sicuti gemmam scitè anulo includere, & aurum purpuræ intertexere, haut mediocris est artificii: ita adagium loco usurpare non certè est cuiusvis. Nusquam turpius τῶ κακοζήλω peccatur nihilq̄, quod de risu scribit Fabius, periculosius affectatur. Præcipuè, sic
ubi

ubi alia, in his observandum
venit illud: *Ne quid nimis.* Den- Inst. Orat.
fitas enim (ut huc applicemus, lib. 8. c. 5.
quod de sententiis usurpandis
monuit Fabius) obstat invicem,
ut in satis omnibus fructibusque ar-
borum nihil ad justam magnitudi-
nem adolescere potest, quod loco,
in quem crescat, caret. Nec pi-
ctura, in qua nihil circumlitum est,
eminet. Ideoque artifices etiam
cum plura in unam tabulam opera
contulerunt, spatiis distinguunt,
ne umbræ in corpora cadant. Por-
ro, ut affert lumen clavus purpu-
ræ loco insertus, ita certè neminem
deceat intertexta pluribus notis
vestis. Quare licet hæc enitere,
tamen lumina illa non flamme, sed
scintillis inter fumum emicanti-
bus similia dixeris: quæ ne appa-
rent quidem ubi tota lucet oratio,
ut in sole sidera ipsa desinunt cerni.
Hæc & plura in hanc rem sumus

Orator. Aliud est, si quis per
lusum, aut ingenii ostentandi
gratia, vel *oratiunculas* aliquas
ex meris proverbii concinna-
re vellet; quod triplici idio-
mate, Anglico, Gallico, & Ita-
lico fecit *Powel* quidam, An-
glus, *Morhof.* citatus: vel *episto-
las* proverbiales, quod in Lat.
Lingva fecit *Faustus Andrelinus*,
in vernacula nobis *B. Rinius*: vel
comœdias quod Germanica ling:

vid Mor- tentavit *Harstorfferus* in parte 2
hof. polyb. seiner *Gespräch spiele* in fine.

Liter. lib. I.

c. 21.


§ XVI. Tandem, cum pro-
verbia novationes quascunq̃
vorum audaciores, translatio-
nes duriores & allegorias ab-
scuras recipiant: circa eorum
usum *προεπιπλήττειν* illud me-
minisse juvabit, quod *Fabius*
de *Hyperbole*, & aliis licentius
translatis prudenter monet.
Est enim conveniens aliquid
adhiberi, quo durior & iusto
magis

magis licentiosa novitas mor-
tatur atque castigetur, ne au-
res offendat. Quod idem, pa-
cto quasi quodam, apud omnes
gentes frequentatum fuit; inde
Ebræi ad hunc fermè modum

προεπιπλήτρισι: מל מל, מל-
מל : simpliciter etiam מל
it. : מל מל : & מל מל

&c. Græci: κατὰ τὴν παροιμίαν,
ὡς Φασί, Φασί, τὸ λεγομένον, τὸ
τῶ λόγῳ, ὡς παλαιός Φησι λόγος
&c. Latini: ajunt, ut ajunt, ut
est in veteri proverbio, quemad-
modum vulgo dici consuevit &c.

Cujusmodi formulæ concinnæ
atque commodæ, prolubitu
excogitari possunt aliæ.
Nunc manū de tabula.



Pereximium Philosophiæ Candidatum,
Dn. MAGNUM BERONIUM
singularem amicum suum,

O D E.

QUIS lyram mittet mihi vatis Orphel,
Et modos ipsi solitos docebit,
Qui suis ludens fidibus movebat

Saxa ferasque?

Vos, novem Musæ, precor, o! favete;
Prodit in Scenam juvenis venustus,
Estque mens ipsum celebrare, quippe

Dignus honore est,

Scilicet rursus pia rostra scandens,
Mentis exultæ specimen daturus
Digna Musarum loquitur palæstris,

Digna Camœnis,

Dic mihi, quales igitur secutus
Alites follers loca celsa tangis,
Te, puto, Phœbus viridi corolla

Ducit & urget,

Audio Nymphas resonare sylvis,
Floribus vernis calathos replentes,
Victor hic lætus rediens habebit

Florida ferta,

ELIAS RUTH.

Sonicis nuper mandabas semina fulcis,
Nunc Tibi de vulgo dulcia dicta placent;
Ecce Tibi verum vulgi quod fertur in ore:
Ut sementis erat, sic quoque messis erit,

Scribat

L. Björkwall.



www.books2ebooks.eu